

gã: illos imprimis aggredior, nõ vt eos rubore, atq; pudore suffundam, non vt superasse videar, sed vt clarissima veritas elucescat, sed vt Deo vincantur, sed vt ad verum Deum de Deo vero accedat, sed vt diuina fide illustrati, tandem aliquando beatitudinem perfruantur: iuxta id psalms: *Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestre non confundentur*. Propterea non iniuriis eos impetere, vel potius meritis sceleribus lacessere velim; Sola ratione rem totam conficiam, vt si quid humanitas in eis reliquum est, si non omnino mentis expertes fuerint, atque rationibus vale dixerint, æternũ, Deũ esse fateatur, qui viuos, & mortuos iudicaturus est, & vicui-

que, prout gesserit redditurus, vt Apostolus docet. Mihi vero tot infiniti Solis radii illustrato, idem conringit, quod in multarum viarum capite constituto, qui nescit, quam semitam eligat, etenim profus ignora à qua ratione exordium sumere debeam, vt Deum esse quibuslibet Atheis manifestissimè comprobem, veruntamen cum omnes creaturæ Deum esse prædicent, age, primum argumentum nobis ipsa suggerant. Hic autem articulus totidem membra continebit, quot argumenta. Antequam verò rationes afferam, hunc rationum indicem præmitto, vt vnicui intuitu videas, quibus armis Atheos impugnemus.

RATIONES QUIBVS DEVM esse probamus.

Prima sumitur ex eo quod omnes creatura hanc diuini numinis existentiam suo quoque modo asserunt.

2. Ratio est, quod omnes homines illam cogitationem habeant.
3. Quia necesse est aliquid esse à seipso.
4. Sumitur ex veritate.
5. Ab optima entitate, & bonitate.
6. Ex illo axioma, quicquid habet virtutem mouendi, habet ab alio.
7. Ex gradibus entium.
8. Ex eo quod Deus sit lumen cetera manifestans, siquo per se notum, Deum esse.
9. Quia creatura omnes sunt ens, productum ab alio, & de nihilo.
10. Ex singularium creaturarum pulchritudine.
11. ex lege naturali immutabili, quam in nobis percipimus.
12. Ex appetitibus nostris infinita capacitate.
13. Ex dissonantijs in concordiam redactis.
14. Ex totius vniuersi gubernatione.
15. Ex scientijs.
16. Ex arithmetica.

17. Ex geometria.
18. Ex musica.
19. Ex astrologia.
20. Ex mechanicis.
21. Ex quibuslibet scientijs, & artibus.
22. Iterum ex scientijs præsertim inferioribus.
23. Ex ipsis diuinationum speciebus.
24. Ex sex rebus, que ex se indeterminata sunt.
25. Ex rebus moralibus.
26. Ex omnibus artefactis, & ex astris de quibus pulchra referuntur.
27. Ex omnium entium collectione.
28. Ex Geographia, & Hydrographia.
29. Ex diuersitate vultuum, vocis, Scripturæ, statuum, & incessuum.
30. Ex fine, ad quem omnia tendunt per suas operationes.
31. Ex eo quod debeat esse obiectum, dignum amore voluntatis nostræ.
32. Ex varijs absurdis, & incommodis.
33. Deum esse probatur ex optica.
34. Ex gnomonica.
35. Ex Architectura, & nautica.

RATIO I.

Deum esse, probant omnes creaturae.

Minutius
Fœlix hanc
rationem
suggent.

Non est quod impensibiles laboremus in inquirenda diuini numinis natura: Quid enim potest esse tam apertum, tam confessum, tamque perspicuum, inquit Octauianus, cum oculos in cœlum sustuleris, & quæ sunt infra circæque lustraueris, quàm esse aliquod numen præstantissimæ mentis, quo omnis natura inspiretur, moueatur, alatur, gubernetur? Cœlum ipsum vide quàm latè tenditur, quàm rapidè voluitur, vel quod in nocte astris distinguitur, vel quod in diem Sole illustratur, iam scies, quàm sit in eo summi moderatoris mira, & diuina libratio. Vide & annũ, vt Solis ambitus faciat, & mensem, vide, vt Luna auctu, senio, labore circumagat. Quid tenebrarum, & luminis dicâ recurfantes vices, vt sit nobis operis, & quietis æter-

Mundi pulchritudo & omnium

na reparatio? Relinquenda verò Astrologis prohiberi de syderibus oratio, vel quæ regat cursum nauigandi, vel quæ arandi, metendique tempus inducant, quæ singula non modo vt crearentur, fierent, disponerentur summi opificis, & perfectæ rationis eguetunt, verum etiam sentiri, perspicui, intelligi sine summa solertia, & ratione non possunt. Quid cū ordo temporum hac frugum stabili varietate distinguitur? nonne authorem suum, parentemque testatur.

Ver æquè cum suis floribus, & æstas cum suis messibus, & autumnus maturitas grata, & hyberna oliuitas necessaria, qui ordo facile turbaretur, nisi maxima ratione consisteret. Iam prouidentia quæta, ne hyems sola glacie vretur, aut sola æstas ardo-

eius partium
decor &
utilitas describitur.